

te vfitata, quo & pertinet fermo coram iudicibus & fermo coram alio populo. Conferri possunt *Act.* 2, 14. c. 27, 21. Neque irae tribuitur haec abductio, sed curiositati & cupiditati noua semper audiendi & videndi v. 21. *Athenienses* maximam adhibebant curam, vt etiam in rebus religiosis variisque de religione sententiis instruerentur: quod gens ista prae aliis hac in re praeualuerit, testatur *Pausan.* in *attic.* L. I. c. 17. ἐς θεοῦς' εὐσεβεῖν ἄλλων πλεον, ἄλλοις ἐς τὰ θεῖα ἐστὶ σπουδῆς. Accidit, quod in sermone *Pauli* nullum vestigium inueniatur, quod coram iudicibus tanquam maleficus stetit, quoniam non iudices sed viros *Athenienses* compellat, nec crimina amolitur, sed docet auditores. Vnde nec opus est eundem locum fuisse credere, vbi iudices sedebant, sed circa illum locum, cum satis amplus fuerit campus *Martius*.

SCHOLION. In significatione vocis, *Areopagi* dissentiunt eruditi. Alii enim ab *αἰης* significante eadem deducunt, consequenter *Areopagus* locum innuit, vbi de caede iudicium ageretur, qui sunt *Stephanus* & *Suidas*. Clericus putat esse nomen haebraicum אר פג mons inuasionis vel nocendi vel deprecandi causa. Rationes eius inueniuntur in notis in paraphrasin *Hammondi* super *N. T.* ad h. l. p. 348. & in *Augustino* de ciuit. L. 18, c. 10. Sed quid opus est longius his longius repetitis deriuationibus, cum satis dilucida sit *Pausaniae* deriuatio, quod *Areopagus* nihil aliud significet nisi collem *Martium* s. *Martis* graece *Αἰης* vocati, siue ratio a *Pausania* adducta vera sit, siue minus.

§. IV.

Postquam ostendimus *Paulum* non coram iudicibus stetit; progrediemur nunc ad scopum istius sermonis
inqui-